



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xxxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI. EPIS. VVORMAC.

enim eis licebit ultra militiæ cingulum sumere, & nuptiis atq; coniugij copula uti, quia sacri canones hoc eis non consentiunt.

*De illis qui infantes suos non sponte interficiunt.*

Caput XXXVI.

*Ex cõcil.  
Triburi.  
cap. 21.*

**S**I quis filium suum non sponte occiderit, iuxta homicidia non sponte commissa pœniteat.

*De illo qui uxorem legitimam sine iudicio interfecerit.* Cap. XXXVII.

*Ex decre.  
Pij papa.  
cap. 26.*

**Q**Uicumque propriam uxorem absque lege, vel sine causa & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis publicam agat pœnitentiã. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui seniore[m] suum interfecerit.

*De eadem re.* Cap. XXXVIII.

*Ex cõcil.  
Moguti.  
cap. 1.*

**S**I maritus uxorem, aut uxor maritum interfecerit, ac iudicium sit super eos, dicente domino: Non confidetes personam pauperis, nec honores vultu potentis. Et post pauca: Ita, inquit, paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudiciu[m] est. Idcirco vterque eorum in huiuscemodi criminis actione negauerit, pari iudicio examinetur. Si negauerit & non potest vinci manifestis indiciis, si liber est, iuret cum duobus cim: si seruus, feruenti ferro se purget. Sin autem uxor moriens maritum vno vel duobus audientibus de morte eius inculpauerit, non ideo erit victus, sed si liber est, cum LXII. iuret: si seruus, super XII. vomeres feruentes se purget. Eadem lex erit marito, uxorem accusanti.

*De eadem re.* Cap. XXXIX.

*Ex concil.  
Elbertã.  
cap. 85.*

**S**I mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacunque arte perimere facit, quia dominum & seniore[m] suum occidit, seculum relinquat, & in monasterio pœniteat.

*De eadem re.* Cap. XL.

*Episto.  
Paulini*

**A**dmonere te cum lachrymis & multo gemitu curam filii. Hei tulle, si tamen filius dici debeas, qui tam